

Heinrich Schuckmann    Johann Henning

## **Disputatio Inauguralis De Triplici In Iure Consensu, Iussu, Auctoritate Et Ratihabitione**

Rostochii: Kilius, 1654

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn81258130X>

Druck    Freier  Zugang



Deutsche Litteraturgeschichte von Gerst

① Gehalt

② Autorität (Aussehen)

③ Bestätigung

H. Schuckmann (J. Hennings)

R. U. in 1654.



26

DISPUTATIO INAUGURALIS  
DE  
TRIPLICI IN JURE  
CONSENSU, JUSSU,  
AUCTORITATE ET RA-  
TIHABITIONE,

*Quam*  
AUXILIANTE DEO,  
Decreto Amplissimi Jctorum Ordinis in Illustri  
Rostochiensium Academia,

PRÆSIDE  
VIRO

*Nobilissimo, Amplissimo & Consultiissimo*

DN. HENRICO SCHUCKMANNO,

J. U. D. Codicis Professore, Ducalis Consistorii  
Assessore, & Facultatis Juridicæ DECANO Spe-  
ctabili, Mæcenate suo Magno, Præceptore pluri-  
mum honorando.

Pro Insignibus & Privilegiis in UTROQUE JURE  
DOCTORALIBUS legitime consequendis.

*Pblice ante- & pomeridiano tempore  
discutiendam exhibet*

JOHANNES HENNINGIUS,  
CHILONIO-HOLSATUS.

*Habebitur in Auditorio Majori,  
ad d. Aprilis.*

---

ROSTOCHI,  
apud NICOLAI KILII, Academ. Typographi.  
Anno M. DC. LIV.



71

I. N. D. N. J. C.  
DISPUTATIONIS INAUGURALIS  
DE  
TRIPLICI IN JURE CONSENSU.

*Positio I.*

**D**E Triplici Consensu disputaturi, haud incommodè facere videbimur, si ab ipsa definitione exordiamur. Vix enim est, ut cum fructu ejus tractationem quis suscipere possit, si quid is sit ignoret. Vocabuli autem hujus varia significata & descriptiones videri passim possunt apud Philosophos.

Nobis in genere ita describitur: quod sit actus, quo duorum ultimata voluntas in unum concurrat, utroq; sciente & approbante *Connan. lib. 6 c. 1. n. 4.* Qui pro varietate materiae variè dividitur: Nos pro praesenti tractatione eum facimus triplicem. I. *Antecedentem.* II. *Concomitantem,* III. *Subsequentem.* DE JUSSU.

*Consensus quid.*

*Quotuplex*

II. *Antecedens Jussus* dicitur, & nihil aliud est, quàm consensus, qui negotium antecedit, *Bachov. ad pr. I. de Nupt.* Spectatur ut in aliis negotiis ( neq; enim omnia hic nobis licet perstringere, ) ita vel maximè in ipsis *Nuptiis* filiorum familias, & aliis *causis Acquisitionum & Alienationum* factarum ab ipsis liberis adhuc in potestate existentibus, ut est *causa Additionis hereditatis & Peculii.*

*Jussus quid & in quibus locum habeat.*

III. Quoad *Nuptias* liberorum adhuc in potestate existentium expeditum est, eos absq; hoc jussu *nuptias* contrahere non posse *pr. J. de Nupt. l. 2. ff. l. 12. l. 20. C. eod.* sive iste sit tacitus, sive expressus. Humaniter quippe receptum est, ut pro jussu etiam haberetur sola patientia, sive silentium patris scientis contrahi *nuptias* & non contradicentis *l. 5. C. d. t. l. 7. §. 1. ff. de Sponsal.* Consentit enim, qui non dissentit & contradicit *l. 11. §. ult. l. 12. §. 13. pr. ff. de his qui not. infam.* Et haec omnia ita dicente naturali atq; etiam civili ratione *d. pr. J. de Nupt. Naturali* quidem ideo, quòd natura ad ἀντίδωρα & gratitudinem simus obstricti *l. 25. §. 11. ff. de Petit. hered.* & cum à parentibus beneficiis maximis affecti simus, æquum est iis gratum animum ferre, quem nunquam melius offi-

*In Nuptiis.*

*Idq; tum de jure Naturali.*

A

ciosi-

Tum Civi-  
li.

ciotiusq; declarare possumus, quam eorum consensum in contrahendis nuptiis requirendo. *Cirili*, partim ob patriam potestatem, partim ob jus sui heredis: vi enim patriæ potestatis liberi per se nihil ferme possunt *tot. tit. l. de patr potest.* Ex jure autem sui heredis habemus, quod hic nemini invito agnasci debeat §. 7. l. *de adopt. l. 12. §. 3 ff. de Captiv. & postlim. revers.* agnasceret autem, si filio liceret invito patre nuptias contrahere. Et ex hac Civiliratione intelligi potest, quare cum de Nuptiis nepotis quaeritur, non tantum avi, qui in potestate habet, sed & patris intermedii, licet jam in potestate non habentis, consensus requiratur *l. 16. §. 1 ff. de R. N. nisi specialiter aliud reperitur dispositum ut l. 3. l. 9 ff. d. t.* Sed idemne dicendum de Jure Canonico? sic fere putamus, idq; ex eo, quod multi Canones matrimonia sine patris consensu inita damnent, notante *D. Bicc. in Nucl. ex Colleg. Jur. Argent. l. 23. t. 2. th. 3. per c. an aliter i. e. nostrates 3. 30. q. 5. c. si verum i. caus. 31. q. 2. c. honorantur 13. c. hoc sanctum 16 32. q. 2. c. tua nos 26. de Sponsal. damnent; inquam, non ut ipso jure nulla: rata enim manere nec dissolvi debent c. veniens 13. c. cum apud 23. x. de Sponsal. c. cum causa x. de raptor. sed ut irreverentet & à liberis in eo graviter peccantibus inita, ut ex *Bellarmin. lib. 1. de matrimonio c. 19. propos. 3. & in fin. notat Magnific. ac Nobiliss. D. Mestertius Præceptor meus summè colendus tr. de Just. Rom. LL. lib. 2. dab. 1.**

An etiam  
Canonico.

An Ratiha-  
bitio hic  
locum ha-  
beat.

IV. Jussum ergo hic requirimus non Ratihabitionem per *pr. l. de Nupt.* Quod tamen ita subaudiri volumus, non quod Ratihabitio plane non possit Nuptias legitimas facere: sed negamus, quod ille subsequens consensus retrahatur ad liberos ante ratihabitionem natos, & ita nuptias retro non confirmari, sed demum à tempore consensus legitimas haberi. Et sic hic consensus non ut ratihabitio (cujus natura est ut retrahatur, ubi locum habet. *l. ult. in fin. pr. C. ad scitum Macedon. l. 25. C. de donat inter vir. & uxor c. cum in 3. de jure jur. in 6.*) sed ut jussus operabitur: ita videlicet, ut ex eo tempore quo consensus accessit, incipiant esse justæ nuptiæ: non retro tales habeantur, *l. manifestum (inter 8. & 9 in edit. Gothofr. posita) C. de Nupt. cum qua facile concordat l. 11. ff. de Stat. hom. uti etiam avo mortuo non probante nuptias, filii nepotes non sunt legitimi, licet jam sint justæ nuptiæ Coll. jur. Argent. l. 22. t. 2. th. 7. Bicc. in Nucl. ibid.* Non possumus urgere quasi ratihabitio comparetur mandato, ac id quod actum, est retrahat *de quo l. th. 25. d. l. ult.*

d. l. ult. fin. pr. C. de Sc. Maced. c. ratihabitionem 10. de R. 1. in 6. illud si-  
 quidem in multis fallit, juxta communem Brocardicorum naturam,  
 ut videre licet apud Barbof. lib. 16. c. 4. axiom. 14. & imprimis hoc casu,  
 cum parum ratihabitione operetur & efficiat, quando jussus & consen-  
 sus, id quod hic fit, necessario requiritur ut docent, Bald. & lafon. in l. 24.  
 fin. n. 10. vers. quinto limita. C. de Procurat. Consil. Argentor. 1. Conf. 51. n.  
 34. Unde & illud fluit, quod toties ratihabitione suum officium perdat,  
 quoties ipsa lex pro forma mandatum & jussum requirit, utpote à cujus  
 expressa forma recedi non potest Arum. exercit. Just. n. 2. th. 20.

V. Quoad Acquisitionem necessario quoque requiritur hic jussus in  
 variis causis, ex quibus unam adduxisse sufficiat, ut est Hereditatis acqui-  
 sitio. Notum est, hereditatem non solum per nosmetipsos, sed etiam per  
 eos, quos in potestate habemus acquiri, cujusmodi est servus & filiusfam.  
 §. 3. I. per quas person. cuiq. acquir. Hi enim heredes instituti confestim,  
 acquirunt hereditatem ei, in cujus potestate sunt, ut nec momento ali-  
 quo subsistat in persona eorum l. 79. ff. de A. vel O. H. modo hic jussus  
 præcedat l. 25. §. 4. ff. d. t. & quidem specialis d. l. 25. §. 5. Nihil autem,  
 refert, fiat jussus præsens, vel per literas, vel per internuncium d. l. 25. §. 4.  
 Parum quoque interest, quibus verbis pater utatur in jubendo, modo  
 verba ad sint, ex quibus constet de voluntate patris fac. d. l. 25 §. 6. 7. 9,  
 10. ff. de A. vel O. H. Hinc si mandat ut hereditatem colligat, videtur  
 mandasse, ut adeat d. l. 25 §. 7. & seqq. l. 51. §. 1. ff. d. t. ubi plura exem-  
 pla congesta leguntur. Et hoc procedit in acquisitione hereditatis, se-  
 cus quam in Bonorum possessione, ubi ratihabitione sufficit l. 6. §. 1. ff. d. t.  
 l. 1 C. qui admitt. ad bon. poss. Quemadmodum etiam alii dantur casus  
 in quibus jussus patris non est necessarius, I. quando ipse pater consen-  
 tiente filio gerit pro herede l. 4 C. de jur. delib. II. Si pater diu possedit  
 hereditatem l. 6. §. 3. ff. de A. vel O. H. III. Si pater sit furiosus l. 52. pr. ff.  
 d. t. IV. In Castrensi hereditate, si miles à commilitone instituatur l. 5.  
 ff. de castrens. pecul. quos & alios recensitos vide in Colleg. Jur. Arg. lib.  
 29. t. 2. th. 7. & Nucl. D. Bicc. l. 29. t. 2. th. 5. & 6.

In causis  
 Acquisitionum  
 & in  
 specie He-  
 reditatis.

VI. Quoad alienationem Peculii dicimus Filiumfam, nihil donare  
 aut alio modo alienare posse, nisi præcedente hoc patris consensu.  
 Quod ipsum clarius patet, si respiciamus ad varias Peculii species,  
 Faciunt autem Dd. communiter quadruplex peculium Filiifam. & ita  
 distribuunt: Peculium filiifam. est vel Paganum vel Militum. Illud rursus  
 vel Communis

Distribu-  
 tio peculii  
 vel Communis



vel *Profecitium*, vel *Adventitium*: hoc vel *Castrense* vel *quasi Castrense*.  
*Profecitium* peculium dicitur, quod ex re & substantia patris ad filium  
*Profecitium* proficiscitur. § 1. *vers. sancitum enim I. per quas person. cuiq; acquir. l. 5. §.*  
*um quid?* 5. ff. de jur. dot. *Adventitium* peculium est, quicquid filio aliunde, quam  
*Adventiti-* à patre, vel ejus contemplatione acquiritur: sive labore & operâ ipsius,  
*um.* sive alienâ liberalitate ad illum pervenit, puta legato aut donatione  
 aut hereditate ei delatâ d. l. 5. §. 1. ff. de jur. dot. l. 6. pr. C. de bon. quæ li-  
*Castrense.* ber, &c. *Castrense* peculium est, quod filiusfam. in castris vel extra ca-  
 stra per causam militiæ acquisivit, ut sunt stipendia & quæ in militiam  
 abeunti vel in ea degenti à parentibus, cognatis, uxore vel amicis do-  
 nantur. l. 6. l. 11 l. 13. ff. de Castrens. pecul. *Quasi Castrense* peculium di-  
*Quasi Ca-* citur, quod filiusfam. in togata ac literata militia sibi paravit: puta ex  
*strense.* advocationibus, professionibus, assessuris, consultationibus & simili-  
 bus, l. ult. C. de inoffic. testam. l. 14. C. de advoc. divers. judicior. l. 34. l. 50.  
 C. de Episc. & Cler. l. 7. C. de bon. quæ liber.

VII. De hoc peculio Castrensi & Quasi, constat filiumfamil. liberè  
 disponere posse, & inter vivos, & in ultimâ voluntate §. ult. I. de milit.  
 testam. & in fin. pr. l. quib. non est permis. facer. testam. dum hujus pecu-  
 lii ratione filiusfam. pro patrefam. habeatur. Præcipua difficultas vide-  
 tur esse circa peculium Adventitium novæ & veteri Jurisprudentiæ in-  
 cognito nomine sic appellatum. Primus enim Constantinus creditur  
 introduxisse, ut bona materna & ejusdem lineæ separarentur, & solo  
 usufructu relicto patri, proprietas esset liberorum, quod Imperatores  
 seqq. confirmarunt & auxerunt, & tandem Justin. eandem conditio-  
 nem omnium bonorum Adventitiorum, quæ aliunde, quam à patre  
 obvenirent liberis, esse voluit; quin & casus quosdam introduxit, qui-  
 bus filius in bonis adventitiis plenam proprietatem haberet. Secun-  
 dum quæ duæ existunt hujus peculii species.

VIII. Ad priorem quæ ordinariâ habet naturâ pertinent. I. Bona mat-  
 na, quæ sunt res devolutæ ad liberos ex successione matris, sive ex testa-  
 mento sive ab intestato, l. 1. C. de bon. mat. II. Bonâ materni generis, quæ  
 parentes maternæ lineæ supra primû gradum in liberos, vel testamento,  
 vel quocunq; largitionis titulo vel etiam intestati successione contu-  
 lerunt l. 2. C. de bon. matern. III. Ea quæ accipiuntur à filio quidem ex  
 causa dotis ab uxore, à filia verò ex donatione propter nuptias l. 2. 4. 5.  
 & 6. C. de bon. quæ liber. IV. Ea omnia, quæ ex alia quacunque causa  
 filius-

filiusfam. acquisivit, sive ea laboribus suis, sive liberalitate fortunæ quæ-  
 fivit *d. l. 6 pr. C. de bon. quæ liber.* Hæc enim omnia acquiruntur, quoad  
 usumfructum patri, quoad proprietatem filio, adempta ipsi liberrimâ  
 absque patris consensu disponendi facultate, ita ut ne quidem testari  
 de iis possit. *l. ult. §. 5. vers. filius autem famil. C. d. t. Ad alteram* speci-  
 em bonorum Adventitiarum, quorum filius habet plenam proprietatem  
 referuntur I. Quæ filio vel filiafam. à Principe vel Augusta dona-  
 ta sunt *l. 7. C. de bon. quæ liber.* II. Si filius invito patre hereditatem  
 vel legatum agnoverit *l. ult. pr. med. C. d. t.* III. Si filius cum  
 patre successit fratri suo ex utroque latere conjuncto. *Nov. 118. c. 2.*  
 IV. Si servus ita filio acquisitus fuerit ut eum statim manumittat.  
*l. ult. §. fin. C. de bon. quæ liber.* V. Si parentes non justa ex causa divor-  
 tium faciunt, bona enim eorum ex triente cedunt monasterio, & bes  
 qui superest, pleno jure cedit liberis *Nov. 134. c. 11.* VI. Si pater usum-  
 fructum remisit filio, cujus est proprietas *l. 6. §. 2 C. de bon. quæ lib.*  
 VII: Si mater vel avus aviaque ex maternâ linea nolit patrem usumfru-  
 ctum habere *N. 117. c. 1.* Et de his liberè posse filium contrahere, eaque  
 pro lubitu administrare inter omnes constat.

IX. Illud maximè hic quæritur: An de his bonis filiusfam. testamen-  
 tum facere possit? Sanè sic Magni nominis Viri statuunt, eo quod hoc  
 peculium ad quasi Castrense referendum esse censeant, moti legibus &  
 rationibus non contemnendis. Vid. *Treutl. vol. 2. disp. 10. th. 2. lit. C. & disp. 11. th. 2. lit. A.* Quia tamen contrariam placet communi Interpp.  
 scholæ & Ampliissimæ in hac Universitate Facultati Juridicæ, in  
 præsentem illorum sententiam huc apponere lubuit. Quamvis enim li-  
 bera filiofam. administratio in præfato peculio concessa sit *l. fin. §. 5.*  
*vers. filius autem fam. C. de bon. quæ liber.* non tamen jus familiæ sive pa-  
 tris famil. in eo obtinet, sicut in castrensibus, de quibus publica causa  
 militiæ videtur hoc speciale jus persuasisse, *arg. l. 8. ff. de his qui sui vel*  
*alien. jur. l. fin. C. de inoffic. testam.* At in Adventitiis ejusmodi nulla  
 causa publica vel fingi vel ostendi potest. Unde & Imperator in *pr. l.*  
*quib. non est perm. fac. testam. præter hos* inquit, qui Castrense peculium  
*vel quasi castrense habent, si quis alius filiusfam. testamentum fecerit, inutile*  
*est, licet suæ potestatis factus decesserit.* Imò apertius hoc liquet ex *l. pen.*  
*C. qui testam. fac. poss.* de qua constat eam non loqui de peculio profe-  
 ctio, quoniam hoc filius habet consensu patris, & certum est de eo

Filiusfam.  
 an possit  
 testari. de  
 peculio Ad-  
 ventitio.

Explic. l.  
 pen. C. qui  
 testam.  
 fac. poss.

disponere filium non posse. Sed & hoc certum, quod nec ibi agatur de bonis castrensibus vel quasi, quæ non recipiunt hanc distinctionem ad effectum hoc vel illo modo disponendi, an teneantur consensu patris, nec ne, & de quibus constat filium testari posse: relinquitur ergo quod ibi agatur de bonis Adventitiis, de quibus in *d. l. prædicatur*, filiosfam. cujuscunque gradus vel sexus testamentum facere non posse.

Mutatio  
juris veteris.

X. Quibus tamen hoc addimus; jure novissimo hæc valde esse immutata in favorem filiorumfam. Nam moribus & tacita consuetudine Germaniæ invaluit, patriam potestatem solvi I. *Separatione*, qua liberi à patribus separant, separatim habitare incipiunt, & propriam Oeconomiam instituunt, wann jemand seine eigne Nahrung und Haushaltung anstellet/und also sein eigen Herr wird. II. *Contractus nuptii*: apud plurimas enim Nationes veluti in Gallia, Britannia, Hispania, Lusitania, Belgio, Neapoli, Italia imò & in Germania constanter illud servatur, quod cum consensu parentum, aut iis non dissentientibus liberi conjugium ineunt, eo ipso præsertim quoad contractus & ultimas voluntates, sui juris & pro emancipatis habeantur, contra jus Civile §. 2. *fin. J. de Scto Tertullian. l. 5. C. de Condit. in sert. l. 20. junct. l. 22 ff. ad L. Jul. de adult* Soluta autem matrimonio semel dissoluta patria potestas non reviviscit, ut pulchrè tradit Tiraquell. in *LL. connubi. gl. 3. n. 1. Et per t. Wurmbser. præct. obs. Tit. 36. obs. 9. Bicc. in Nucl. l. i. t. 7. th. ult.* Quibus casibus si filiusfam. aliquid acquirat, non subjacet huic censuræ, utrum ex liberalitate fortunæ, aut alio modo hoc consecutus sit, sed quicquid & quocunque modo acquirat, sibi acquirat.

### DE AUCTORITATE.

Auctoritas

XI. Hactenus de Consensu Antecedente, quem justo ordine excipit Consensus Concomitans, qui dicitur *Auctoritas*. Licet autem *Auctoritatis* vocabulum in genere sumptum multis & variis subjectis tribuatur, ut est auctoritas Imperatoris & Principis §. 1. *J. de Adopt. l. 2. pr. ff. eod. Magistratus l. 26. ff. de Negot. gest. Dominorum & patrum l. 2. §. 1. ff. de pollicitat.* eorum inter quos jura consanguinitatis oriuntur. *l. 7. ff. de adopt.* tamen in specie & magis proprie tutori tribuitur, *arg. §. 1. J. de auct. tutor. §. 3. l. de her. quæ ab intest. deser. l. 26. C. de adm. tutor.* quomodo & nos hanc vocem accipimus & definimus cum *Pacio*: quod sit consensus qui in ipso negotio interponitur in *Isag. J. de auct. tut. per. §. 2. J. d. t.* vel plenius cum *Cujacio*: quod sit approbatio ejus, quod agitur

Ea quid sit.

tur

tur cum pupillo in *π ff. de admin tut.* Plenissime: quod fit approbatio  
tutoris, verbis, non nutu, nec per epistolam, nec nuncium, *l. 1. §. 2. ff. de  
tutel. l. 9. §. 5. ff. de auct. tut.* expressa, quæ interponitur perfecto eo,  
quod pupillus eo præsentem gessit in *π C. de auctor. præstand. per l. 25. §.  
4. ff. de A. vel O H.* Quæ definitiones ne invicem pugnent, possumus  
Orationem in *d. §. 2. J. de auct. tutor.* propositam, vel sic resolvere: Tu-  
tor in ipso negotio præsentem statim debet auctor fieri, ut intelligamus & præ-  
sentiam tutoris in ipso negotio dum adhuc geritur, requiri, & statim  
ut negotium perfectum est, auctorem fieri oportere. quod & arguit  
mox sequens illatio, *post tempus vero. &c.* Vel si hæc verba, in ipso nego-  
tio, ad illa, *auctor fieri*, referre malis, in ipso negotio fieri intelligi debet,  
non quod fit, cum nihil dum gestum est; (quid enim tum probet tutor?)  
sed quod fit negotio quidem cum pupillo jam gesto, sive tractatu præ-  
sentem tutore habito, sed statim & in continenti subsequitur, & tracta-  
tum illum concludit ac firmat. Sic in *l. 1. ff. de Solut.* In solutione sive  
in re præsentem constituere dicitur, in quam causam solutum vellet, qui  
statim atque solutum est constituit. *Vinn. ad d. §. 2. Inst.*

Explic. §.  
2 J. de auct.  
tutor.

XII. Hæc Auctoritas præcipue spectat Tutores respectu pupillorum,  
& Curatores respectu negotiorum Minorennum. Quoad Tutores & pupil-  
los sciendum, quod hæc auctoritas plane sit supervacua tutore ipso  
negotium gerente. At pupillo gerente, quod aliquando necessarium,  
puta si de servo manumittendo, aut de adeunda hereditate agatur, aut  
constituendo Procuratore, *§. 1. fin J. de auct. tutor. §. fin. J. de Curat l. 24.  
pr. ff. de admin. & peric. l. 11. C. de procurat.* locus est auctoritati tutoris;  
eaque in quibusdam rebus, quæ à pupillo geruntur necessaria est, in qui-  
busdam non. In quo hæc distinctio recepta & in formam  
regulæ proposita est in *pr. J. de auct. tut. l. 9. in pr. ff. eod. & l. 28. pr. ff. de  
pact.* Placuit meliorem quidem conditionem licere pupillis facere, etiam  
sine tutoris auctoritate; deteriore vero non aliter, quam cum tutoris au-  
thoritate. Et recte, nam ubi nullum incommodum metuitur, frustra  
expectatur tutoris auctoritas, quæ ad hoc solum comparata est, ut in  
metu periculi pupillo per illam consulatur. Quod si culpa tutoris in-  
damnum inciderit pupillus; eo nomine tutorem obligatum habet  
iudicio tutelæ. Cum autem in modo proposita regula, verba pleraque  
sint homonyma, operæ pretium erit, antequam ad ipsam Obligatio-  
nem pupillorum descendamus, ejus explicationem latiore hic sub-  
jungere & sequentes notare Observationes.

In quibus  
maximè  
locum ha-  
beat.

Regula.

XIII. Ob-

*Quæ expli-* XIII. *Observandum* igitur. I. quod ista negotia sive causæ pupillares  
*carur ostē-* in quibus auctoritatem tutorum requiri diximus tractentur vel *in judi-*  
*dendo* cio vel *Extra judicium*: Si *in judicio causæ* sunt vel *Criminales* vel *Civiles*.  
*quod cau-* In *causis Criminalibus* tutores pupillis adesse debent, sive litem inferant,  
*sæ pupilla-* sive lis illis inferatur, ne ex sua imperitia vel juvenili calore aliquid vel  
*res sint vel* dicant vel taceant, quod si fuisset prolatum aut non expressum prodesse  
*judiciales.* eis poterat, & à deteriore calculo eos eripere. *l. 4. C. de auctor. præst.*  
*l. 2. §. 1. ff. de Accus.* quanquam & ipsi tutores pupillorum nomine ac-  
 culari possint, *l. 22. ff. de his quæ ut indign.* *l. 14. ff. ad sc̄t. Turpill.* Quod  
 etiam in Curatoribus respectu Minorum, *de quibus infr.* obtinet *dd. LL.*  
 In *Civilibus* sine tutoris auctoritate nihil in judicio agi potest, quod no-  
 ceat pupillis indefensis, licet ea, quæ ipsis profint, valeant, *l. 1. 2. C. qui*  
*legit person. stand.* *l. 4. C. si advers. rem judic.* usq; adeo, ut si inter tuto-  
 rem & pupillum lis sit exorta, tum Curator sit dandus *§. ult. l. de auct.*  
*Vel Extra-* tutor. Si *extra judicium* pupilli quid gerunt, tum *vel damni periculum*  
*judiciales.* *habent, vel non habent.* *Priore casu* omnino tutoris auctoritas requiri-  
 tur: quia sine hac pupillus rem suam deteriorem facere nequit *pr. J. d. t.*  
*l. 9. pr. ff. eod.* & propterea neq; hereditatem adire potest, neq; bonorum  
 possess. petere, neq; hereditatem ex fidei commisso suscipere *§. 1. J. d. t.*  
*vid. tamen l. 7. C. qui admitt. ad bon. poss.* At *posteriori casu* tutoris au-  
 ctoritas non est necessaria, quia pupillo meliorem rem suam vel con-  
 ditionem etiam sine hac facere licet. *d. pr. J. de auct. tut.* & propterea  
 acquirere sibi stipulando & per traditionem accipiendo etiam sine  
 tutoris auctoritate potest, *l. 9. pr. ff. de auct. tutor.* potest etiam ex mu-  
 tuis obligationibus sine tutoris auctoritate rem suam meliorem face-  
 re, *d. pr. J.* Nam in his ille, qui cum pupillo contraxit cogi potest, ut  
 conventionem servet: at ipse pupillum invitum ad contractus obser-  
 vationem cogere nequit. In his inquam, singulari favore pupillo tri-  
 butum est, ut de vi contractus statuere liberè possit, an velit eam ra-  
 tam vel irritam esse *d. pr. J. l. 13. §. 29. ff. de A. E.* Interim tamen & hoc  
 sciendum, non posse pupillum ex contractu, quem non observat a-  
 lium convenire v. c. si rem emerit, non potest eam consequi nisi pre-  
 tium solvat, nam alioquin competit retentio *l. 7. §. 1. vers. idem potest ff.*  
*de Rescind. vendit.* Hæc negotia *Extrajudicialia* iterum dependent *vel*  
*ex Conventione* & consensu adeoq; ex contractibus veris sive nomina-  
 tis sive innominatis: *vel ex re ipsa* adeoq; ex quasi contractibus. In qui-  
 bus

*Quæ hic*  
*intelligan-*  
*tur.*

ibus prioribus, non etiam posterioribus tutoris auctoritate opus est  
per l. 46. ff. de O. & A.

XIV. II. *Observandum*, quod ea, quæ in regula de pupillis dicuntur, non  
ingenere omnes pupillos respiciant, sed illos duntaxat, qui aliquem in-  
tellectum habent, non enim unius generis pupilli in jure nostro dantur. Aut  
enim sunt Infantes, aut Infantia proximi, aut pueritati proximi. Hi au-  
tem qui sunt, ut intelligatur, determinanda est primum ipsa infantia (quæ  
certo jure includitur annis septem primis completis, l. 18. pr. & §. ult.  
C. de jur. deliber.) & post tempus omne usque ad pueritatem (quæ in  
masculis anno 15, in fœmellis anno 13, incipit, pr. §. quib. mod. tut. fin.)  
dividendum in duos articulos æquales, quorum in priore erit ætas in-  
fantia, in posteriori pueritati proxima. Ex his, seclusis infantibus,  
quia nullum censentur habere intellectum verum sc. & plenum, seu in  
actu secundo, ut vocant, & propterea non intelligant quod agunt, §. 9.  
J. de Inutil. stipulat. intelligimus in modo proposita Regula Infantia  
proximos & proximos pueritati. Quamvis enim in infantia proxi-  
mis idem stricto jure dicendum esset, quod in infantibus, eo quod nec  
ipsi, quid agunt, intelligant: utilitatis tamen causa benignior juris in-  
terpretatio facta est, ut idem juris habeant, quod pueritati proximi, d.  
§. 9. III. *Observandum*, quod meliorem facere pupillus conditionem  
suam intelligendus sit, quando ipsi aliquid accedit ad patrimonium,  
vel cum se aut rem suam ab obligatione liberat. Sicut deterior fit, cum  
vel de suo alienat, vel se aut rem suam obligat. Cui consequens est, pu-  
pillum solvendo vero creditori nihil agere, nummos enim non facit  
accipientis, quoniam persona ejus plane inepta est ad alienandum, quo casu  
ipsa persona locum repetitioni facit. Condictio enim indebiti non  
solum oritur ex indebiti solutione, sed etiam si persona solvat, quæ sol-  
vere non potest, l. 29. ff. de Condit. indeb.

II. Quod  
hic exclu-  
dantur pu-  
pill. infan-  
tes. Pupilo-  
lus quotu-  
plex.

Quid de  
pupillis in-  
fantia pro-  
ximis sta-  
tuendum.

Quando  
pupillus  
meliorem  
vel deterio-  
rem condi-  
tionem  
suam face-  
re dicen-  
dus.

Obligatio  
pupillorū.

XV. Hi igitur pupilli *quid agunt vel interveniente auctoritate tuto-  
rum suorum, vel citra eam*. Quoad prius quidvis recte gerunt, sive ac-  
quirendo sive alienando: excepta alienatione rerum Immobiliū &  
mobiliū preciosiorum, quæ servando servari possunt: utpote quæ  
causæ cognitionem & magistratus decretum desiderat, t. t. ff. de reb.  
eor. qui sub. tut. & C. de præd. & al. reb. min. fin. decret. & textum elegan-  
tem in l. 22. C. de administr. tutor. ita ut ex isto gesto obligentur vere ac  
proprie, sic ut necessitate astringantur solvendi per. pr. §. de Oblig. l. 3. pr.

B

ff. de

ff. de O. & A. Quoad posterius, an saltem naturaliter obligentur hi pupilli, non est exiguae difficultatis, ob varias Doctorum traditiones & apparentem Legum dissensum, quarum alia naturalem pupilli obligationem astruere ut l. 1. §. 1. ff. de Novat. l. 21. pr. ff. ad L. Falcid. l. 64. pr. ff. ad Sctum Trebell. alii negare videntur l. 41. ff. de Cond. indeb. l. 59. ff. de O. & A. &c. Nos in tanta varietate ita sentimus: nempe pupillum hoc casu naturaliter obligari, modo hac occasione ei aliquid obvenerit, licet exinde locupletior factus non sit l. 25. §. 1. ff. quand. dies leg. l. ult. pr. ff. de jure jur. l. 95. §. 2. vers. aliquando pro solutione cedit. l. 44. vers. item si pupillo ff. de Solut. l. 1. §. 17. l. 21. ff. ad L. Falc. Diximus naturaliter i. e. ea obligatione, qua vi sua & quamdiu sola est, nec aliud quid (locupletationem puta exemplo l. 5. ff. de auctor. tutor. l. 3. pr. ff. Commod. l. 3. §. 4. ff. de Negot. gest.) adjunctum habet, actionem sive exactionem parere non possit, sed soluti tantum retentionem, l. 94. §. 3. ff. de Solut. l. 9. §. penult. & ult. ff. de Scto. Maced. l. 10. ff. de O. & A. & alios quosdam effectus producat, compensationem puta l. 6. ff. de Compens. firmitudinem accedentis constituti, l. 1. §. 7. & seq. ff. de Constit. pecun. pignoris. l. 5. & 14. §. 1. ff. de pign. & hypoth. fideiussionis, §. 1. J. de Fideiuss. l. 127. ff. de V. O. Novationis l. 1. fin. ff. de Novat. Ex quo corrumpitur distinctio eorum, qui eo demum casu pupillum sine tutore naturaliter ex contractu obligari statuunt, cum locupletior factus est: nemo enim ex promissione sua, aut susceptione alienae obligationis unquam fit locupletior. Deinde eo casu non obligatur naturaliter tantum sed etiam civiliter, ut paulo post manifestum fiet.

Ejusdem  
obligatio-  
nis com-  
pendiosa  
explicatio.

XVI. Quae omnia E. ut manifestiora fiant totam rem in compendium redigamus servata distinctione inter contractus eos, quibus res aliqua ad pupillum pervenit, & inter eos quorum occasione nihil ad eum pervenit. Quo ad priores, quibus aliquid ad pupillum pervenit, iterum subdistingendum est, utrum ex illo factus sit locupletior, an non: Si enim ex ea re factus est locupletior (quod intelligitur etiam ex eo, quod non fit factus pauperior, alius talis futurus: ut, si rem sibi necessariam ex nummis solutis emit, quam alioquin de suo empturus fuerat, licet ea antea litem contestatam perierit, quasi locupletior factus intelligitur, quia tantundem de suo perditurus erat, etiamsi nummos solutos non accepisset, l. 47. §. ult. ff. de Solutionib. & Liber. Utrum autem pupillus factus sit locupletior nec ne, in hujusmodi quaestionibus id tempus spectatur, quo

quo agitur, seu tempus litis contestatae d. l. 47. §. ult. l. 4. ff. de Except. 1. 37. pr. ff. de Negot. gest.) obligatur non tantum eâ naturali obligatione, quæ parit soluti retentione, compensationem &c. sed etiam ea naturali obligatione, quæ producit actionem l. 10. ff. de O. & A. ex qua convenitur actione in id, quod locupletior factus est l. 5. pr. §. 1. ff. de auct. tut. l. 3. pr. ff. Commod. l. 3. §. 4. ff. de Negot. gest. Sin autem non factus est locupletior obligatur tantum naturaliter, l. 25. §. 1. ff. quand. dies legat. quæ quidem ad producendam actionem non est efficax, l. 16. §. 4. ff. de fideiuss. quomodo etiam accipienda, l. 59. ff. de O. & A. habet tamen hos effectus, ut si pupillus postquam perfectæ ætatis sit factus (secus enim si impubes l. 29. ff. de Condiçt. indeb.) solvat, solum ex hac naturali obligatione repeti non possit d. l. 25. §. 1. ff. quand. dies legat. l. 1. §. 17. l. 21. pr. ff. ad. L. Falcid. Item eum, ut Obligatio hæc novari possit per l. 1. §. 1. ff. de Novat. Quoad posteriores, quibus nihil ad eum pervenit nullo modo obligatur, & ne quidem naturaliter, eâ saltem Obligatione, ex qua esset soluti retentione, id quod probatur ex l. 41. ff. de Condiçt. indeb. Quæ ita nervose tradit. D. Biccini in suis Aur. Sect. 1. th. 45. lit. (gg) fusius autem deducta legi possunt apud Locã quest. Inst 68. 69. & 70. & Coll. Jur. Arg. l. 26. t. 8. th. 12. n. 2.

XVII. De obligatione Pupillorum huc usq; sequitur Obligatio Minorum. Notum est pupillis necessario dandos esse tutores, sed Minoribus invitis non necessario Curatores §. 2. ff. de Curat. Si tamen illos semel acceperint, eos retinere coguntur, etsi bene rem suam gerere possint, l. 1. §. ult. ff. de Minor. quo casu sine curatorum consensu nullum contractum inire possunt, sed si de facto contrahant, & eo ipso conditionem suam deterioreni reddant, contractum istum servare non astringuntur, l. 3. C. de in integr. rest. min. Qui vero nullum Curatorem acceperunt, hi quæ gerunt firma sunt; ita ut efficaciter ex eo non modo obligentur, sed contractum istum non impetratâ intra legitimum tempus in integram restitutione, præcise servare sint obstructi. De quo posteriori nulla dubitatio est. Maxima difficultas est in Minoribus puberibus Curatorem habentibus & absq; ejus consensu contrahentibus, an illi obligentur nec ne? Sanè acره hoc dissidium esse, & ab excellentissimis ingeniis magna argumentorum vi disputatum & controversum fuisse, neminem ut arbitror, latere potest, & pergit Doctoribus adhuc hærare ista disputatio, ita ut Clarissimi Jcti in affirmativam descendant. Communiter autem id negant, quorum sententiam & nos hac vice paucis deducemus.

Obligatio  
Minorum.

An minores  
sine cura-  
toribus suis  
obligentur.

Negat.



Ejus fun-  
damenta.

Eplie. l. 3.  
C. de in in-  
tegr. rest.  
minor.

Exceptio-  
nes.

Ratihabi-  
tio.

XVIII. Primum hujus fundamentum arripimus exinde, quia non minus minori, quam pupillo per dationem Curatoris est adempta bonorum seu rerum administratio *l. 1. ff. de Curat. furios.* Ergo etiam obligatio, quæ non minus ut alia, res quædam est, etsi incorporalis, *pr. in fin. l. de reb. corp. & incorp.* & bonis adnumeratur *l. 21. & ibi Gædd. ff. de V. S.* Deinde illud probatur *ex l. 3. C. de in integr. rest. min.* Unde colligimus ex oppositione puberis habentis & non habentis Curatorem, illum, si sine Curatoris Consensu contraxerit, mero jure tutum esse, hunc restitutione in integrum læsum juvari, non alia de causa, quam quod in hoc obligatio, quam omnis restitutio præsupponit *l. 16. pr. & §. 3 ff. de Minor.* substituerit, in illo ipso jure nulla nec restitutione indiga fuerit *d. l. 16.* Nimirum ut posteriori casu carentia curatoris validitatem obligationis sustentat; ita priori constitutio ejusdem nullitatem meram operatur. Quod pleniùs confirmari videtur ex ratione, quæ utuntur Impp. in *d. l. 3.* dum ajunt, ad exemplum prodigi contractum servari non debere, at ille ne naturaliter quidem obligatur sine curatore suo *l. 6. ff. de V. O.* Ergo. Unde sic concludimus: Si solius administrationis ademptio prodigum inhabilem efficit non solum ad alienandum, sed & ad obligandum naturaliter: Ergo etiam adultum, sed verum est prius *d. l. 6. ff. de V. O. E.* & posterius. Ratio consequentiæ quia & Curator prodigi rebus principaliter, personæ non item præstituitur.

XIX. Utcunq; autem Minor non interveniente auctoritate Curatoris sui contrahens efficaciter non obligetur, obligatur tamen I. Si locupletior factus sit, *arg. l. 14. ff. de Condict. indeb.* De quo casu etiam accipi potest, *l. 101. ff. de V. O.* II. Si sponsalia vel nuptias contraxerit, *l. 20. ff. de Rit. Nupt. l. 5. C. de Nupt.* III. Si minoris dolus intervenit, vel aliàs deliquit *arg. l. 1. §. 15. ff. de depos. l. 13. §. 1. ff. de dol. mal. l. 9. §. 2. l. 37. ff. de Minorib.* cum admittà impunita esse non debeant, *l. 95. §. 1. ff. de Solut. & liberat. l. 70. §. ult. ff. de fidejuss. & mandat. l. 37. §. 1. ff. de Minorib.* Vid. Magnif. D. Mestert. tract. Illustr. de Contract. Minor. quest. 7. & 8.

## DE RATIHABITIONE.

XX. Hæc de Obligatione Pupillorum Minorumve dixisse sufficienter, Nunc transitum quoq; breviter faciemus ad tertiam Consensus speciem quæ nobis tractanda restât, & vocatur *Ratihabitio* sive *Ratificatio*; quod vocabulum in genere acceptum & confirmationem & firmitudinem simul

simul involvit, quæ tamen strictè loquendo invicem differunt. Confirmatio enim propriè est superioris, super actum inferioris, *t. t. x. de Confirm. util. vel. inutil.* Quomodo Episcopus confirmat electionem Canonico-  
 rum, & Princeps confirmat statuta suarum civitatum. Ratihabitio vero à pari & ejusdem qualitatis homine fieri assolet. *Dec. in rubr. d. t.* Sic Firmum ad ea quæ facti sunt *Bart. ad l. 9. ff. quod met. caus.* Ratum ad jus & juris effectum trahunt *Alciat. in l. 13. C. de Transact.* Sed hæc verborum aucupia plura esse videntur, quam quod à viro bono observari debeant, qui ex mente agentium cæterisq; rerum & causarum circumstantiis omnia dijudicabit monente *Peck. ad reg. Ratum 9. de R. I. in 6.* Nobis hic idem est atq; actus confirmatio *Bestattung/ Bestigung.* & definitur, quod sit consensus, quò approbamus ex postfacto illud, quod nostro nomine gestum est, sive id fiat per procuratorem, sive alium. Diximus *ex post facto*, ut ita monstremus differentiam hujus à duabus præcedentibus consensus speciebus, de qua suo more multa cogessit *Lasfon. in l. 25. §. 4. ff. de A. vel O. H. & ex hæcenus disputatis satis liquet.*

*Ea quid sit*

XXI. Ratihabitio hæc interponitur *vel verbis vel tacite facta*; *l. 5. ff. Rat. rem. hab. & Verbis* quidè quando quis expressè voluntatem suam declarat. *Tacite* autem *varie* I. Receptione Literarum, quæ conjunctam habet taciturnitatem. Nam qui literas recipit, & contrariam testationem non facit, censetur ea, quæ illis literis continentur, rata habuisse *arg. l. 27. §. 2. ff. Mandat.* Unde responsum est à Paulo *in l. 16. ff. de Sct. Macedon.* quod si filius patre absente mutuam pecuniam accepit, & ad patrem literas misit, ut eam pecuniam solveret, debet pater si factum filii sui improbat, continuo testationem interponere contrariæ voluntatis, alioqui ipsa literarum receptio & retentio mutui ratihabitio-  
 nem inducit. II. Per solutionem census seu pensionis per alium promissæ v. g. si quis alterius nomine & absq; illius mandato agrum aut domum pensionem annua conductit, & is cujus nomine conductio facta est, pensionem annuam solvat. III. Per solutionem expensarum in lite. Nam si quis solvat expensas factas in lite ab eo qui gessit se pro procuratore alterius, ipsa solutione, id quod nomine ejus gestum fuit, ratum habuisse dicitur *Alexand. conf. 127. n. 2.* IV. Ex usu, retentione, & possessione. Qui enim utitur, possidet vel derinet rem, quæ illi absenti ex contractu ab alio nomine illius facta cessa est, eundem contractum ratificare videtur *Ang. conf. 16. Peck. d. l. ubi duodecim modos subjungit*

*Ratihabitio quot modis fiat. Verbis. Facto & quomodo.*  
 1.  
 2.  
 3.  
 4.  
 tacitam

ratam ratihabitionem inducentes. In genere autem hic notandum  
quod fortior sit ratihabitione, quæ ex facto sit, quam quæ verbis interponitur, cum sæpè quis fictitè loquatur juxta *Bald. ad l. 5. C. qui accus. non poss. eamq; semper locum habere, nisi quando lex pro forma expressam ratihabitionem exigit. arg. c. is qui 44. de. R. 1. in 6.*

*In quibus causis ea locum habeat.* XXII. Hæc Ratihabitione locum habet in plurimis negotiis, ut I. Transactione, ubi procurator generalis transigere decidendi causa non potest, nisi dominus transactionem ratam habeat *l. 60. ff. de Procurat.* ubi enim quis negotium alterius gerens transegit, ibi potest rata habità transactione, transactio domino prodesse *arg. l. 3. §. ult. fin. ff. de transact.* II In materia Restitutiõnis in integrũ, si minores contractum gesserunt, quem majores facti expressis verbis vel scriptura, vel facto quodam *fac. l. 5. ff. rat. rem hab. comprobaverint t. t. C. si major. fact. rat. hab. l. 3. §. 1. 2. l. 30. ff. de Minor. C. 1. A. l. 4. t. 4. th. 87.* III In Scto Macedoniãno *l. 7. pr. C. de Scto Maced.* IV In Mandato *l. 60. l. 152. §. 2. ff. de R. I. v.* In pignore *l. 16 §. 1. ff. de pignor.* VI In Creditore, si alii, quam verò procuratoris solvatur *l. 12. §. ult. ff. de solut. & liberat.* VII In bonorum possessione *l. 6 §. 1. ff. de A. vel O. H.* secus quam in acquisitione hereditatis de quo *l. th. 5. egimus.* Ratio differentie varie ab Interpp. redditur ut videre est apud *Hillig. in D. E. 7 C. 6. lit. E.* VIII In Sententia pronunciata non omnibus litigatoribus presentibus, si absentes eam ratam habuerint *l. 3. C. quomod. & quand. judex. Bicc. in Nucl. ex C. 1. A. l. 42. t. 1. th. 25.* Sic aliæ causæ sunt quam plurimæ, in quibus hæc ratihabitione locum sibi vendicat, quæ omnia hic attingere nimis prolixum foret. Contra locũ non habet. I. quando ex ea aufertur jus tertio, late *Alexand. Conf. 78. lib. 5.* II. Quando æquitas repugnat *Id. ibid. n. 251.* III. Quando res non est integra *l. 62. ff. de solut. & liber.* IV. Quando mandatum pro forma certo tempore requiritur. *Bald. in l. 4. ff. de Offic. procons. & legat.* V. Quando id quod ratum haberi petitur, ipso jure est extinctum, *l. 1. ff. de Appell. recip.* VI. Quando ratihabitione & mandatum sunt disparis conditionis & nature *Rom. in l. 25. §. 3. n. 4 ff. de A. vel O. H.* VII. Quando quis ratam habet confessionem metu tormentorum factam *Roland. à Vall. conf. 2. n. 74.* VIII. Quando ex ignorantia seu ab ignorante fit. Qua de re pluribus egit *Peckius s. d. l. latissime autem omnium Henricus Bobic. ad c. mulieres 6. x. de sentent. excommunic.* quem omnino vide.

*Ejus natu. r. hab.*

XXIII, Vidimus causas in quibus Ratihabitione locum habeat, & in quibus

quibus non; sequitur jam ut intelligamus, quid in prædictis casibus o-  
peretur, quod optimè ex natura ejus colligitur, quæ est ut retrahatur  
& mandato comparetur *c. fin. de jurejur. in 6. l. ult. fin. pr. C. de Sct. Macedon. &c.* Quod etiam olim obtinuisse textus est *in l. 5. 6. ff. de Judic.* licet  
inter Sabinianos & Proculjanos de eo controversia fuerit, ut patet ex  
*l. 1. §. 14. ff. de vi & vi armat.* quam contentionem magnam fuisse prædi-  
cat *Cujac. l. 17. obs. 20.* Quod adeo obtinet, ut etiam naturam Brocardici  
induerit & pro regula observetur. Ad quam illustrandam quatuor no-  
tabimus, I. quod hæc retractio fiat legis ministerio, & universa hæc res  
fictione quadam legis constat, quia is qui ratum habet, ipse negotium  
gessisse videtur *l. 6. §. 9. & 10. ff. de Negot. gest.* Legis porro officium est,  
in his, quæ absq; legis auctoritate non constant fingere. II. Quod retro-  
trahatur ad tempus actus seu negotii gesti, ut sic perinde obligetur ra-  
tum habens, atq; si eo tempore ipse vel fecisset illud, vel fieri mandasset.  
III. Quod ea dicatur æquiparari mandato, non vero propriè esse man-  
datum. Cum enim Juri & Canonistæ utantur voce *Comparari*, eo ipso  
tacite innuunt eandem esse naturam similibus *l. fin. ibiq; Gothofr. ff. Man-  
dat.* nullum autem simile esse idem *l. 21. C. de Episc. & Cleric.* sed in mul-  
tis differre, id quod hic etiam fit. Compertum enim est (1.) mandatum  
præcedere, ratihabitionem vero sequi. (2.) mandatum in alienis esse,  
posse, quod tamen de ratihabitione exprimi nequit. *c. ratum 9. de R. l. in  
6.* IV. Quod procedat hæc æquiparatio quoad effectum obligandi, aut  
non quoad effectum obligationis producendæ, sive non quoad genus  
actionis, ut protenus hinc actio mandati nasci oporteat *Bachov. in com-  
ment. ff. de Neg. gest. c. 2. n. 2.* Quod si enim negotium gestum sit absente  
domino, nulloq; prius intercedente mandato, non mandati, sed nego-  
tiorum gestorum actionem nasci statuit *Peck. ad d. Reg. 10.*

Quæ de-  
claratur.

XXIV. Ut autem hæc Ratihabitione plenius mandato comparetur re-  
quiritur etiam hoc, ut negotium revera fuerit ejus, qui ratum habuit.  
*Bachov. d. l.* Ratum enim quis habere non potest, quod ipsius nomine  
non est gestum *l. 13. ff. de precar. c. cum quis 23. de sentent. excommun. in 6.*  
Nisi, quod limitationis loco notandum, in præjudicium ratum habentis;  
nempe si negotium, de quo quæritur, sine ratihabitione nõ habet suum  
plenum effectum secundum intentionem agentium; ut cum quis  
obligat rem meam, quo casu non habet illa obligatio plenum effectum  
absq; mea ratihabitione *l. 41. ff. de pignor. act.* tunc possum ratum habere

Quid am-  
plius in Ra-  
tihabitione  
nerequirat  
tur ut ma-  
dato com-  
paretur.  
Ut negotium  
nostro no-  
mine sit  
in  
gestum.

in præjudicium, id, quod non est meo nomine gestum l. 1. §. 6. ff. quod  
 jussu l. 16. §. 1. ff. de pignor. & hypoth. l. 3. C. de R. V. Si vero negotium, de  
 quo quæritur, sine ratihabitione habet suum plenum effectum, secun-  
 dum intentionem agentium, tum hæc regula procedit nihilominus,  
 etiamsi in suam ratihabitionis præjudicium ratum habere velit v. g. Ali-  
 quis interfecit hominem vel perpetravit aliud delictum suo non alieno  
 nomine, certe effectum suum jam habet sine ratihabitione, & propter  
 ea ratihabitione in præjudicium alterius illud ratum habentis non tam-  
 large operatur, ex quo non suo nomine delictum perpetratum est. Col-  
 ligitur autem negotium nostro nomine verè esse gestum primo ex eo,  
 quod is qui gessit sciverit negotium ad me pertinere. Deinde quod  
 protestatus sit, se nomine meo gerere. Quid enim, inquit, Paulus in l.  
 34. post med. ff. de Neg. gest. si etiam protestata est mater, se filium ideo  
 alere, ut aut ipsum aut tutores ejus conveniat? Deniq; si amicitiam do-  
 cuerit, ex quo conjiciendum sit, meo nomine potius gessisse eum,  
 quam suo aut alterius l. 6. §. 3 ff. de Negot. gest. Add. D. Tabor. in Barbos.  
 lib. 16. Axiom. c. 2. & Peck. d. l.

Negotium  
 nostro no-  
 mine esse  
 gestum un-  
 de constat.

Quæ nasca-  
 tur actio  
 ex Ratihabitione.

Pugna in-  
 ter l. 60. ff.  
 de R. I. &  
 l. 6. §. 9. &  
 seq. ff. de  
 Neg. gest.

XXV. Cognito ergo eo negotium esse nostrum, & nostro nomine  
 gestum, à nobis quoq; ratificatum, oritur ex ista ratificatione actio, de  
 qua leges nostræ diversimodè loquuntur. Nam in l. 60. ff. de R. I. Ul-  
 pianus simpliciter rem ita definit: *Si quis ratum habuerit quod gestum est  
 obstringitur mandati actione.* Et quid mirum quod ita sit decisum, nam quo  
 mandatum, nisi exinde mandati actio, sicubi modo actio nascitur; quod  
 ideo adjicimus, si modo actio nascatur inter mandantem & mandatariu:  
 Nam utut in delictis verè possit esse mandatū, quoad delictū, inter con-  
 trahentes tamen h. e. inter mandantem & mandatarium nulla compe-  
 tit actio §. 7. f. l. 6. §. 3. l. 22. §. 6. ff. Mandat. cum illud mandatum non  
 sit obligatorium, nisi inter mandantem & tertium cui furtum v. g. fa-  
 ctum est. §. 8. §. 11. l. de oblig. quæ ex delict. nasc. l. 15. §. 1. ff. ad L. Corn. de  
 sicar. Ast huic Ulpiano directo sese opponit Julianus in l. 6. §. 9. & seq.  
 ff. de Neg. gest. qui ex hoc negotio Negotiorum gestorum actionem  
 competere vult. Quæ loca optime ad concordantiam rediguntur, Si di-  
 stinguamus in casu, ubi ratihabitione quæ d. l. 60. actionem mandati pare-  
 re dicitur, accedit, utrum ad negotium, quod geri cœptum est, nondum  
 autem est consummatum accedat; nam hoc casu mandati nascitur ob-  
 ligatio, qui enim in eo negotio probat præteritum, is mandat futu-  
 rum,

rum, & qui mandat tibi, ut pro se fidejubeas, idem videtur tibi mandare, ut solvas pro ipso *l. 47. fin. ff. de Condict. indeb.* ita is, qui ratum habet te pro se fidejussisse, tibi quoque videtur mandare, ut pro se solvas. Et huc pertinet. *c. 10. de R. l. in 6.* Quod si vero ad negotium absolutum & consummatum ratihabitio accesserit, ad quod mandatum accedere non potuit *l. 12. §. 14. ff. Mandat.* negotiorum gestorum actio datur non mandati *d. l. 6. §. 9. 10. l. 7. ff. l. 9. C. de Negot. gest.* Et sic distinguit *Coll. Jur. Argent. lib. 3. tit. 5. th. 46.* & ex eo *D. Bicc. in Nucl. lib. 3. tit. 5. th. 23.* Alii aliter, non enim diffitemur multos gravissimos Viros esse, qui se in hoc volutando saxo mirum in modum torquent, de quo visum remittimus quemvis ad *Hillig. Don. Enucl. lib. 15. c. 15. lit. C.* ubi post aliorum opiniones rejectas probat conciliationem *Lopez. Animadvers. 131. n. 2.* maxime, qui satis solidè videtur hæc omnia discussisse.

XXVI. Non minori difficultati expositum est: utrum Retrotractio, in qua natura Ratihabitio consistit, & cujus *l. th. 25. n. 2.* facta est mentio ita fiat, ut actio obligatioque ex ipsa ratihabitioe ejusque tempore virtutem & vitam accipiat, an vero ab ipso tempore negotii gesti. Est hæc dubitatio minimè contemnenda homini in foro ac legibus versanti: inde enim fit, ut forum vel ex loco negotii, vel ex loco ratihabitioe metiamur. Nam si negotia mea Chilonii gessit Cajus, & ego Rostochii existens, quod illic gestum est ratum habeo: Si ratihabitio ad tempus & locum actus gesti retrotrahitur, potero ratione contractus illius Chilonii conveniri perinde ac si præsens ibi contraxissem. Sin autem ex tempore ratihabitioe obligor duntaxat, utique non potero, sed is qui cum Cajo meo nomine contraxit, forum meum hic Rostochii sequi cogetur. Quod si ex utroque oriatur actio, utrobique recte me conveniet *Alberic. ad l. 6. §. 9. ff. de Negot. gest.* Nobis placet hæc decisio, quod ex tempore negotii gesti obligatio incipiat operari suum effectum, paria enim sunt ab initio esse tale vel redire ad tale *Joh. Monachus in c. cum quis 23. de sent. & excomm. in 6.* Sed si ab initio negotium esset nostrum ipso facto sine ratihabitioe, oriretur actio ex negotio gesto, ergo etiam nunc cum nostrum esse incipit per ratihabitioem. Et cum duo reperiuntur, quorum unum est causa alterius, inspicitur istud tanquam principale *l. 8. ff.*


Retrotractio quando obligationem & actionem pariat.

Ret.

73  
*Rev. amot.* Sed gestio est causa ratihabitionis, non verò ratihabitio est causa gestionis, nec ratihabitio inducit præcedentem materiam ex qua agitur, sed præexistentem applicat ratum habenti. Accedit quod effectus denominatur à priori non posteriore *Bart. in l. 9. C. de Neg. gest.* Unde sicut lex ex priore pacto, non ex lege confirmante pactum jus tribuit *l. 6. ff. de pact.* & in contractu permutationis non ex implemento, sed ex contractu prævio datur actio *l. 3. C. de rer. permut.* ita quia gestio est per prius & ratihabitio per posterius, non ex ratihabitione, sed ex gestione ipsa actio oritur aperteque decidit Ulpianus in *l. 3. §. 7. ff. de Neg. gest.* negotiorum gestorum actionem ex negotio gesto esse. Et si non tam autoritates in disputando, quàm aut rationis momenta, aut legis verba spectanda sunt. *Cic. lib. i. de Natur. Deor.* ipse Justinianus expressis verbis hanc contentionem definiens ait: *Sicut & aliàs ratihabitiones negotiorum gestorum ad illa reduci tempora oportet. in quibus contracta sunt. l. 25. fin. C. de Donat. int. vir. & ux.* quod & de ipsa actione intelligit. Quæ verba cum sint clara & aperta, utique nulla alia contorta & sinistra interpretatione ad alium sensum trahi debent, ut bene monet *D. Peck. ad reg. 9. de R. l. in 6. & Castrensis ad d. l. 9. C. de Neg. gest.* Atq; hæc de Triplici hoc consensu dixisse sufficiant. Cætera Lectoris studio relinquuntur. Et ne instituti mei terminos transcendere videar receptui nunc cano, Tu Cándide Lector.

--- -- -- *Si quod novisti rectius illis  
Candidus imperti, si non his utere mecum.*


DEO UNI ET TRINO SIT LAUS  
ET GLORIA.











the scale towards document

Et jam ut investigemus, quid in prædictis casibus  
ne ex natura ejus colligitur, quæ est ut retrotrahatur  
retur *c. fin. de jurejur. in 6. l. ult. fin. pr. C. de Sct. Mace-*  
olim obtinuisse textus est *in l. 5. 6. ff. de Judic. licet*  
Proculejanos de eo controversia fuerit, ut patet ex  
*armat.* quam contentionem magnam fuisse prædi-  
Quod adeo obtinet, ut etiam naturam Brocardici  
ala observetur. Ad quam illustrandam quatuor no-  
ec retractio fiat legis ministerio, & universa hæc res  
gis constat, quia is qui ratum habet, ipse negotium,  
*§. 9. & 10. ff. de Negot. gest.* Legis porro officium est,  
is auctoritate non constant fingere. II. Quod retro-  
actus seu negotii gesti, ut sic perinde obligetur ra-  
eo tempore ipse vel fecisset illud, vel fieri mandasset.  
æquiparari mandato, non vero proprie esse man-  
Jcti & Canonistæ utantur voce *Comparari*, eo ipso  
em esse naturam similiam *l. fin. ibiq. Gothofr. ff. Man-*  
simile esse idem *l. 21. C. de Episc. & Cleric.* sed in mul-  
hic etiam fit. Compertum enim est (1.) mandatum  
itionem vero sequi. (2.) mandatum in alienis esse,  
de ratihabitione exprimi nequit. *c. ratum 9. de R. I. in*  
dat hæc æquiparatio quoad effectum obligandi, aut  
m obligationis producendæ, sive non quoad genus  
shinc actio mandati nasci oporteat *Bachov. in com-*  
*c. 2. n. 2.* Quod si enim negotium gestum sit absente  
ius intercedente mandato, non mandati, sed nego-  
ctionem nasci statuit *Peik. ad d. Reg. 10.*  
m hæc Ratihabitione plenius mandato comparatur re-  
ut negotium revera fuerit ejus, qui ratum habuit.  
enim quis habere non potest, quod ipsius nomine  
*ff. de precar. c. cum quis 23. de sentent. excommun. in 6.*  
nis loco notandum, in præjudicium ratum habentis;  
a, de quo quæritur, sine ratihabitione nõ habet suum  
secundum intentionem agentium; ut cum quis  
quo casu non habet illa obligatio plenum effectum  
tione *l. 41. ff. de pignor. act.* tunc possum ratum habere  
in

*Que de-  
claratur.*

*Quid am-  
plius in Ra-  
tificatione  
nerequirat  
tur ut ma-  
dato com-  
paretur.  
Ut negoti-  
nostro no-  
mine sit  
gestum.*